

## 31

\*Αγγέλλεται ἡ ἄφιξις τῶν δύο κατέργων. (ἀριθμοῦ 22). Διατάσσονται ὁ δούξ, οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος Κρήτης, ὅπως ἄμα ὡς προσορμισθῶσιν ἐν Κρήτῃ καὶ ἀφοῦ φορτωθῶσι ἐκλεγῶσι δώδεκα εὐγενεῖς Βενετοί ἐκ τῶν καλυτέρων. Συνεργόμενοι οὗτοι εἰς συμβούλιον νὰ ἔξετασθῶσιν οἱ τυχὸν ὑπάρχοντες κίνδυνοι, ἐὰν δὲ ἥθελον κρίνῃ ὅτι τοιοῦτοι κίνδυνοι δὲν ὑφίστανται, νὰ ἐπιτρέψωσι τὸ ταξίδιον ἐν ὀνόματι Κυρίου, ἐὰν τούναντίον ἔβλεπον κίνδυνόν τινα καὶ τὸ ταξίδιον προεμηνύετο ἐπικίνδυνον νὰ καταχρατήσωσι τὰ κάτεργα ἐπί τινας ἡμέρας καὶ νὰ προβλέψωσι περὶ τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν, δίδοντες ἐν ᾧ περισσότερα κάτεργα τῆς Ἀδριατικῆς, ὅπως συνοδεύσωσι ταῦτα. 1374, 'Απριλίου 26.

Folio 3<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XXVI Aprilis.

Cum in proximo sint cum dei gratia recessure iste due nostre galee trafici super quibus ibunt multi mercatores nostri et hauere in maxima quantitate, ita quod ipse galee erunt ditissime, sicut clare comprehendi potest. Et super omnia sit uigilandū ad securitatem earum propter dubia galearum que sunt extra, quarum intencio et propositum sciri non potest; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs et capitaneo Crete tam nouo quam ueteri, quod cum ipse galee applicuerint in Candidam uel caricatis ipsis galeis quando eis uidebitur melius debeant eligere apud eos XII de nostris nobilibus Veneciarum qui sibi uidebuntur de melioribus, sufficientioribus et notabilioribus. Et conuocato dicto consilio uel collegio debeant examinare omnia noua et pericula existentia deinde, quia melius deinde poterunt scire noua quam nos dehinc. Et si non habebunt aliquid de nouo notabile, per quod sit dubitandum de duabus galeis nostris predictis, in Christi nomine permittant eas sequi uiagium suum secundum ordines datos. Si uero uideretur dicto collegio uel maiori parti pericula notabilia uel dubia esse in mitendo ipsas galeas habet ipsum collegium libertatem per maiorem partem retinendi ipsas galeas per aliquos dies et prouidendi etiam de securitate earum uel per uiam dandi eis aliquam uel alias de galeis culfi uel aliter, sicut dicto collegio securius et melius apparebit.

20 Capta. Ser Johannes Miani, ser Leonardus Bembo ser Marcus Geno ser Bertucius Contareno uolunt ut supra per totum, saluo quod de galeis culfi nullo modo fiat aliqua mentio et predicta sint in libertate duche, consiliariorum et capitaneo Crete uel maioris partis. Et si aliqua differentia foret inter eos ita quod terminare non possent intret unus de camerarijs Crete per texeram secundum usum. De non 1.—Non sinceri 6.

## 32

\*Ο εὐγενὴς Δομήνικος Βραγαδῖνος ἐκ Ρεθύμνου ὑποστὰς μεγάλας ζημίας ἐκ τῆς ἐπαναστάσεως καὶ μεταβὰς εἰς τὸν πόλεμον τῆς Παδούης μετὰ πεντήκοντα τοξοτῶν ἡσθένησε, δαπανήσας πάντα τὰ χρήματά του. Ἡ κυριαρχία ἀναγνωρίζουσα τὰς ὑπηρεσίας του ἀναστέλλει τὴν ἴσχυν τῆς ἀπαγο-



ρεύσεως τῆς ἀπονομῆς ὀφφικίων καὶ εὐεργετημάτων, ὅπως δυνηθῇ νὰ παραχωρήσῃ χάριτά τινα εἰς αὐτόν. 1374, Μαΐου 25.

F<sup>o</sup> 107<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXXIIII, die xxv meusis Maij.

1

Capta. Cum nobilis uir Dominicus Bragadino habitator Rethimi, sequens uestigia suorum progenitorum semper fuerit fidelissimus et bene dispositus ad honores et seruitia communis Venetiarum et post rebellionem Crete fuit captum et ordinatum Lefrerne ruinarentur et dishabitarentur cum aliquo circuitu, quem locum pater suus et ipsi habebant a communi Venetiarum soluendo annuatim certam quantitatem pecunie, propter quam ruinationem receperunt damna magna, quia uillani et alij debitores eorum, qui stabant ibi, iuerunt et se reduxerunt ad modo Caneas, ita quod nihil potuerunt habere ab eis, ut notum est, in tantum remanserunt in totum deserti, ultra predicta, sentiens ipse Dominicus de guerra 10 Padue cum Ducali dominio, ipse accensus magna fidelitate sponte se obtulit uenire et uenit Venetas ducendo secum arcerios quinquaginta ad seruitium communis Venetiarum sicut est manifestum per litteras rectoris Rethimi. Et existens ad bastitas communis Venetiarum recepit infirmitatem maximam in personam suam quasi ad mortem, ex quo recepit expensas magnas, et sicut est dispositum 15 facere, dum uita erit corpori, cum omnibus suis in honorem et statum communis Venetiarum. Et quia Ducale dominium est solitum bene facientes habere recommissos, pro bono exemplo aliorum; uadit pars, pensatis meritis suis quod stricatura beneficiorum et officiorum reuocetur in tantum quod possit fieri gratia dicto Dominico de illis rebus deinde per illum modum et sicut uidebitur Ducali domi- 20 nio et consilijs ordinatis. De non 9.—Non sinceri 1.

## 33

Περὶ τοῦ ὑπευθύνου διὰ τὴν πληρωμὴν τῶν χρεῶν τοῦ ποτὲ Βαρθολομαίου Βενιέρη ἐκ Χανίων νίοῦ τοῦ ποτὲ Μάρχου, φυσικοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ποτὲ Τίτου Βενιέρη. 1374, Ιουνίου 2.

F<sup>o</sup> 112<sup>to</sup> Millesimo trecentesimo LXXIIII, die tertio mensis Junij.

1

Capta. Cum nobiles uiri ser Paulus et Marcus Uenerio fratres commissarij quondam Bartholomei de Uenerio de Canea, filij quondam Marci Uenerio de Canea; qui Marcus Uenerio fuit frater naturalis quondam Titi Uenerio, exposuerint Ducali dominio, quod sicut est manifestum in millesimo trecentesimo quadagesimo nono mensis Octubris, inductione tertia die 24. Ser Nicolaus Uenerio maior uenit ad pacta et conuentiones cum Tito et Marco Uenerio nepotibus suis, quod ipse ser Nicolaus Uenerio fuit contentus dare et consignare et scribi facere dictis nepotibus suis omnia sua bona immobilia cum suis habentijs et pertinen- tijs et uillanis cum conditione quod dicti nepotes sui soluere deberent omnia sua 10

